

# P A N N O R M I A,

S E V *cath* 4 86.

Decretum D. Iuonis Carnothensis  
Episcopi restitutū, correctum & emendatum,  
Opera & diligentia Melchioris à Vol-  
medianō Artium & Sacræ Theo-  
logiæ Doctoris, cum Indice  
locupletissimo.

Nunc recens ab eodem D. Doctore Vofa  
medianō, Summa diligentia composto.



*Ex Librerie*

*2*



L O V A N I I,

Ex officina Antonij Maria Bergagne Bi-  
bliop. Jurat. Anno 1557.

Cum Gratia & Priuilegio Regis ad  
sex annos.



PHILIPPO MAXIMO,  
HISPANIARVM, ANGLIÆ,  
Franciæ et Neapolis etc. Regi catholico,  
ac fidei defensori, Melchior à Vosmediano artium  
& Sacrae Theologiae Doctor, eiusdem Re-  
giæ Maiestatis à sacris ac Xeno-  
dochij Regiæ Curie  
Praefectus.



Aiores nostri Philippe Maxime rex catholice, summa diligentia contendere nitebantur, ut probatissimos quosq; autores vnde cunq; cōquireret, & conquisitos, nulli parcētes pecuniæ conscribi curarent, & ingēti studio cōscriptos cōseruarēt: vnde factum est vt feruens illud literarū studium in dies apud eos magis succresceret, & prēstantium hominum ingenia ad eorum lectionem excitarent. Quare nos illis multum debemus qui hāc curam publicam suscepere, vt eorum laboribus adiuti, studia nostra magis quotidie promoueretur. Quod mihi certè cōtigit, cūm in concilio œcuménico Tridentino (cui ad sex ferè integros annos interfui) in Pannormiā seu decretū doctissimi Iuonis Carnothēsis episcopi incidi. Nec tamē desideratū potui habere, cū tamē, nō exiguo labore illud in cōcilio, et apud Venetos bibliopolas, et alibi cōquisitū nō possē inuenire, et ingēti

A ij huius

INCIPIT PROLOGVS  
PANNORMIÆ IVONIS CHAR-

nothensis Episcopi de multimoda distinctione  
scripturarum sub vna castorum eloquio-  
rum contentarum.

CAPUT PRIMUM.



Xceptiones ecclesiasticarum regul-  
rum partim exemplis Romanorum  
Pontificum, partim ex gestis con-  
ciliarum catholicorum episcoporum,  
partim ex tractatibus orthodoxorum  
patrum, partim ex institutionibus ca-  
tholicorum regum, nonnullo labore

in uno corpore adunare curauit: ut qui scripta illa ex <sup>ex mis</sup> quibus ista excerpta sunt, ad manū habere non poterit, hinc saltem accipiat quod ad commodum suæ causæ valere perspexerit. A fundamento itaque christiane religionis, id est, fide inchoantes, sic ea quæ ad sacramenta ecclesiastica, sic ea quæ ad instruendos mores vel corrigendos: sic ea quæ ad quæque negotia discutienda vel diffinienda pertinent, sub generalibus titulis distincta concessimus, ut non sit quærenti totum volumen euoluere necesse: sed tantum titulum generalem suas quæstioni congruentem notare: & ei subiecta capitula sine interpolatione transcurrere. In quo prudentem <sup>99</sup> lectorum præmonere congruum duximus: ut si fortè <sup>99</sup> quæ legerit, non ad plenum intellexerit, vel sibi iniucem aduersari existimauerit, non statim reprehendat: <sup>99</sup> sed quid secundum rigorem, quid secundum modera- <sup>99</sup> tionem, quid secundum iudicium, quid secundum mi- <sup>99</sup> sericordiam dicatur diligenter attendat, quæ inter se <sup>99</sup> dissentire non sentiebat, qui dicebat misericordiam & <sup>99</sup> iudicium & iustitiam in terra. Hicre.9. Et alibi vniuer- <sup>99</sup> gæ viæ Domini misericordia & veritas.

B

Dein-

pernicies pro salute populi eradicitur & extirpetur.  
 Si quis ergo post huius nostrae constitutionis promulgationem malo studio, siue odio, siue vindicta, ignes apposuerit, vel apponi fecerit, & appositoribus consilium scienter & auxilium tribuerit, excommunicetur, & si incendiarius mortuus fuerit, ecclesiastica careat sepultura, nec absoluatur nisi prius damnatum cui intulit, secundum facultatem restituat, & se ultraius emendauerit, etc.

Reuerendi peritissimiq[ue] iuris consulti Iuonis Panormiae Carnotensis episcopi commendatissimi de varia scripturarum distinctione (divina opitulante gratia).  
 Finis.

## LOVANNI,

Excudebat Stephanus Valerius, Exponsis Anthonij Maria Bergaingne,  
 Anno 1557.

